

N. 94.

A. D. 1324

(29 maggio; Indz. VII)

<i>Provenienza</i>	R. Archivio di Stato in Napoli.
<i>Data di luogo</i>	Napoli.
<i>Rogatorio</i>	Protonotaro: Bartolomeo di Capua.
<i>Descrizione</i>	Reg. 255, anno 1324 c. foglio 73.
<i>Contenuto</i>	Si fa l'elenco delle Masserie e dei beni dell'ospedale di S. Giov. Gerosolimitano in Barletta, i cui feudatari non prestarono il servizio militare al re. I possessori sono obbligati alla restituzione all'ospedale, e l'ospedale si obbliga al servizio feudale. Le <i>masserie</i> sono: Casale nuovo, S. Clerico, Foggia, Borgonione, Salpi, Trinità, S. Maria de Salinis, Belmonte, Lama, Bersentino. I beni sono: nella città di Termoli, in Castro Guilloniscio, in Campo Marino, in posta Cannoni, in Sacto Martino in pensulis, in Rocella, in Civitate, in Alberona, in Manfredonia.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Pro frate Bernardo Raymundi.

Robertus dei gratia Rex Ierusalem et Sicilie, Ducatus Apulie *etc.* Iustituario Capitanate, nec non statutis super parandis terris, et bonis feudalibus baronum et feudatariorum dicte Provincie, qui in prestatione servitiorum militarium et adohamentorum exhibicione, per eos ipsi Curie debitorum pro certo preterito tempore defecerunt, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Pro parte Religiosi viri fratris Bernardi Raymundi de Belloaffare locumtenentis prioris Sacre domus hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani in Barolo devoti nostri fuit nobis nuper expositum, quod pridem ante proximum nostrum in Regno reditum. Karolus primogenitus noster, dux Calabrie atque Vicarius generalis suas vobis predicto Iustitiero non expresso nomine direxit licteras in subscripta continentia videlicet — Salutem *etc.* Religiosus vir frater Bernardus Raymundi de Bello affare, Locumtenens Prior hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani in Barolo exposuit nuper in Regia Curia, quod vos pretextu cuiusdam Mandati pridem vobis directum sub data Neapoli per dictum Bartholomeum de Capua logotheta et prothonotarium Regni Sicilie. Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo quarto, Die Vicesimo octavo Ianuarii septime Indictionis Super destituendis non nullis Baronibus et feudatariis ipsius decreta vobis provincie contumacibus in prestatione servitiorum Militarium per eos certo preterito tempore, Regali Curie debitorum, Hospitalis ipsum quod propter ipsam contumaciam, in eisdem licteris, pro bonis olim templi continetur, debere destitui, non solum bonis eorum feudalibus pro Curia curasti destituere, sed subscriptas Massarias hospitalis ejusdem cum animalibus in ipsis sistentibus revocastis pro Curia, quas asseruerint non feudales, per quod fratres hospitalis ejusdem in massariis, ejusdem non modicum patiuntur dispendium et defectum etiam animalia *etc.* sustineant satis gravare. Super qua nostra provisione petita. Nos sic iussa nostra volentes procedere, ut gravamus fidelibus indebitum non producant fidelitati nostre presentium tenore mandamus quatinus nisi constet vobis suprascriptas Massarias esse feudales, illas cum animalibus et fructibus, forsitan medio tempore in preceptis, latori presentium pro parte hospitalis ejusdem, restituere, seu restitui facere, penes quoscumque consistant, sine dilectionis obstaculo procuretis, Predictis nostris licteris non obstantibus in premissis.